



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris,
Thesibus, Dictatis Theologicis**

[S.l.], [ca. 1692]

Index. Monitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

Í N D E X :
M O N I T U M.

Notum est quanta fuerit utilitatis Denuntiationis peccati Philosophici quem fructum in ipsis ejus Progenitoribus consecuta , quam puduerit eos factus sui, quem vix detectum docti pariter & indocti justâ indignatione respuerunt , salubri horrore aversati sunt. Mirum qui fieri potuerit ut monstrum istud solo aspectu horribile , Scholas , quæ Christiano nomine gloriantur, tam diu impunè perambulaverit. Stupore correptos , vel alto nimium sopore mersos fuisse oportet Theologos , qui Scholarum vigilis constituti sunt. At vel nunc attentè eos circumspicere oportet, ne palam saltē grassari perget portentum istud. Incautis providendum est , ne illud offendant in via Perscrutanda latibula , lustranda omnia , necubi insidietur in abscondito. Ostensum est hoc Scripto ad quos se soluerit recipere. Denunciandi sunt qui asylum præbent , illi , inquam , qui Philosophum fovent & docent. Proinde rogantur omnes , qui Libros habent , Theses , aut Manuscripta superiori Cathalogo non comprehensa , quibus doctrina ista aperte traditur , illa in Reip. Christianæ bonum communicare aut ipsimet publico dare non graventur. Aperte dixi: etenim latebit semper anguis in herba , quamdiu haec non resecatur. Herbam voco hoc male intellectum principium : Nihil volitum , nisi cognitum. Sub hoc oculuntur velut auges plura perniciocissima dogmata , quæ non statim caput erigunt ; sed semsim sese insinuant , & incautos inficiunt. Quamobrem , nequid quemquam lateat , quod mihi imputetur , omnes monitos volui , plena esse ejusmodi colubris Scholasticae Jesuitarum Scripta , & eorum qui Jesuitis laxiora sectantibus plus aquò addicti sunt.

AS-